

modum promovendum in imperatorem; et Innocentius quartus in epistola apologetica⁴⁾, quam per totum orbem transmisit⁵⁾, dicit, quod electores imperatoris se habere hoc ius ab ecclesia non obitiunt^{d)} sed fatentur, que olim a Grecis transtulit ad Germanos imperium^{e)}, et, quia^{5a)} tale ius est quasi patrimoniale, quod electores tenent in feudum ab ecclesia, si ipsi non defenderent ecclesiam vel propter^{f)} heresim vel scisma vel aliquam notabilem offensam, quam contra ecclesiam committerent, papa posset eos tali iure privare et dare Ytalicis aut Yspanis vel quibuscumque aliis pari ratione sicut privavit electores Gretie iure^{g)} elligendi imperatorem. Et nota, quod ipso facto quod papa statuit electionem fieri in Allamania, quod archiepiscopus mediolanensis fuit privatus^{h)} privilegio elligendi imperatorem⁶⁾.

cap. 725 Nomina electorum imperii^{a)}.

Nomina autem principum electorum, sicut habetur ex Libro provinciali¹⁾, sunt hec^{b)}: archiepiscopus maguntinus archicancellarius Germanie sive Alamanie, cuius offitium est convocare alios electores in Francforth sue dyocessis et coronare in Aquisgrani²⁾; secundus est^{c)} archiepiscopus colloniensis archicancellarius Ytalie; tertius est archiepiscopus treverensis archicancellarius Galie; quartus est rex Boemie condam dux, qui servit imperatori de cypho; quintus est marchio^{d)} brandeburgensis, qui est camerarius imperatoris; sextus est dux Saxonie, qui portat ensem coram imperatore; septimus est comes palatinus, qui servit imperatori de scutela, et transivit hec vox ad duces Bavarie cum comitatu Reni per dotem mulieris. Unde versus:

Maguntinus^{e)}, Treverensis, Colloniensis,
Quilibet imperii fit^{f)} cancellarius horum,
Et Palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Marchio prepositus camere, pincerna^{g)} Boemus,
Hii statuunt dominum conctis per secula sumum,
His sine milleni non possent condere tallem³⁾.

d) obitiunt AO pro abnuunt; cf. Tholomeus Lucensis, DC 61, 3

e) imperium transtulit ad Germanos tr. O f) per O g) om. O h) a add. O

4) Vgl. Tholomeus von Lucca, DC 61, 2 ff. (= Eger cui lenia, ed. Herde, DA 23, S. 527). 5) Vgl. ebd. 60, 24 f. 5a) Vgl. GA cap. 235 mit Anm. 6—7. 6) Vgl. CM cap. 503 und R. Elze, Die „Eiserne Krone“ (s. o. Anm. 56) S. 470.

cap. 725 a) Nomina — imperii om. O b) hii A c) autem add. O d) om. O e) Maguntinensis O f) imperii fit suppl. ex GA cap. 234 (imperii fit B, imperii sit W); cf. Tallone, Archiv. Murator. 2, 15 (1915) p. 198 n. 1. g) pincerna A

1) Provinciale Romanum, in: Practica Cancellariae (Venetiis 1572) S. 258; vgl. ferner Tholomeus von Lucca, DC 29 und Hist. eccl. 18, 3 (Muratori¹ 11, 1048). 2) Vgl. CM cap. 727 Anm. 1. 3) Seit Martin von Troppau, Chr. pont. et imp. (MG SS 22, 466) haben diese öfters variierten Verse weite Verbreitung gefunden. Der letzte Vers dürfte von Galv. selbst hinzugedichtet sein. Zu diesen Versen vgl. H. Bresslau, Die ältesten Zeugnisse für das Erzkanzleramt der Erzbischöfe von Trier (hg. von H. Harthausen), Archiv für mittelrhein. KG 19 (1967) S. 27 ff.